

A nostri exercitatione, quidam garrulitate quasi ver-
bositatem, quæ in bonum quatum ad Latinum elo-
quium pertinet, vix aut nunquam inuenitur, sed vt dixi in
scripturis plerumque in bono dicitur: & videtur mihi si-
gnificare animi affectum studiosissime aliquid cogita-
tantis cum delectatione cogitationis, nisi aliud sen-
tiunt qui hæc verba Græca melius intelligunt.

LXX.
Gen. 25.

Adi-
ciens autem Abraham sumpsit uxorem nomine Ce-
thuram. Quæstio & hic esset, si peccatum est maxi-
me in antiquis dantibus operam propagandæ proli.
Quidlibet enim hic quam incertinentia suspicanda
est tanti viri, in illa præsertim iam ætate, Cur autem
in hac filios fecerit, qui cum miraculo de Sara fece-
rat, supra dictum est: quanquam nonnulli donum quod ac-
cepit Abraham velut reuiuiscētis corporis ad filios
procreandos, dum permāsisse asserant, ita vt posset &
alios procreare. Sed multo est absolutius, de adolescen-
tula potuisse seniore, quod senior de seniore non pos-
set, nisi deus illic miraculū præstitisset, maxime pro-
pter Saræ, non solum ætatem, veritatem sterilita-
tem. Sanè etiam grandioris ætatis, & sicut scriptura
loquitur, plenum dierum posse dici seniore, hoc est
presbyterum, hinc intelligi potest, quia hoc Abraham

B appellatus est quando mortuus est. Proinde omnis
senex etiam presbyter, non omnis presbyter etiam se-
nex: quia plerumque hoc est nomen ætatis, quæ infra se-
necūtem senectutem vicina est, & ex hoc etiam ipsa à
senectute nomen accepit. In Latina autem lingua pres-
byter senior appellatur, apud Græcos autem maxime
sicut scriptura loquitur *προσβυτερος* & *πρεσβυτος* dicitur
etiam si ætates iuuenum comparentur, quod di-
cimus nos maiorem atque minorem. Veritatem hoc
factum Abraham, quod post mortem Saræ de Cethu-
ra filios procreauit, non sic accipiendum est quasi hu-
mana consuetudine & cogitatione tantummodo substi-
tuendæ numerosioris prolis hoc factum sit. Sic enim
possent accipere homines etiam quod de Agar factū
est, nisi Apostolus admoneret illa fuisse facta prophe-
tica, vt in vtriusque personis mulierum earumque filiorū
duo testamenta ad futurorum prænūciationem alle-
gorica significatio figuraret. Vnde in isto quoque
Abrahæ factio tale aliquid quærendum est, si non fa-
cile occurrat, ego interim quod occurrit, munera quæ
acceperunt filii concubinarum, videntur mihi signifi-
ficare quædam dona dei, vel in sacramentis, vel in
quibusque signis, etiam carnali populo Iudæorū & hæ-

C reticis data velut filijs concubinarum, cum hæredi-
tatis munus, quod est charitas & vita æterna, non nisi
ad Isaac pertinere, hoc est, ad filios promissionis.

LXXI.

Quid sibi vult quod scriptum est, Hæc sunt no-
mina filiorum Hismael secundum nomina generatio-
num eorum? Non enim satis elucet cur additum sit,
secundum nomina generationum eorum: cum ipsi soli
nominentur quos ille genuit, non etiam qui ab ipsis
geniti sunt: Nisi forte quia nationes ex illis propa-
gatae, eorum nominibus appellatur, & hoc significa-
tum sit cum dictum est, secundum nomina generatio-
num eorum, quæuis hoc modo illæ nationes sint pos-
tus secundum nomina istorum, non ista nomina secū-
dum illas nationes, quia illæ posterius extiterunt.
Vnde notanda locutio est, quæ & postea de illis dicitur,
duodecim principes secundum gentes eorum.

LXXII.

Quod de Rebecca scriptum est, quia venit in-
terrogare dominum cum gestirent puerperia in vte-
ro eius: queritur quod ierit. Non enim erant tunc Pro-
phetæ aut sacerdotes secundum ordinem tabernacu-
li, vel templi domini. Quod ergo ierit merito mouet,
nisi forte ad locum ubi aram cõstituerat Abraham.
Sed illic quomodo responsa dētur, omnino tacet scri-
ptura, vtum per aliquem sacerdotum quod incredibili-
le est, si erat non fuisse nominatū, & nullam omnino
sacerdotem aliquorū factam esse mentionem. An forte

ibi cum orando allegassent desideria sua, dormiebāt
in loco, vt per somnium monerētur? an adhuc viuerebat
Melchisedech, cuius tanta fuit excellentia, vt à non-
nullis dubitetur, vtum homo, an angelus fuerit: an
erant aliqui tales etiam illo tempore homines dei in
quibus posset deus interrogari? Quicquid horū est,
& si quid aliud quod me forte nec commemorarem præ-
terierit, mentiri tamen scriptura non potest, quæ di-
xit Rebeccam ipse ad interrogandum dominum, eiusque
dominum respondisse. In eo quod dñs respondit

LXXIII.

Rebeccæ, Duæ gentes in utero tuo sunt, & duo po-
puli de ventre tuo separabunt, & populus populū supe-
rabit, & maior seruiet minori: spiritali intelligentia,
carnales in populo dei significantur per maiorem si-
lium, & spirituales per minorem: quia sicut dicit Apo-
stolus, Non prius quod spiritale, sed quod animale,

1. Cor. 15:

postea spiritale. Solet & sic intelligi hoc quod dictū
est, vt in Esau figuratus sit maior populus dei, hoc
est, Israëliticus secundum carnem: per Iacob autem
figuratus sit ipse Iacob secundum spiritalem prog-
nem. Sed etiam historica proprietate hoc responsum
muenitur esse cõpletum, vbi populus Israël, hoc est,
Iacob minor filius, superauit Idumæos, hoc est, gen-
tem quæ propagauit Esau, eosque fecit tributarios per

E

Dauid, quod diu fuerunt vsque ad regem scilicet Iorā,
sub quo Idumæi rebellauerunt, & iugum Israëlitarū
Idumæi à ceruice sua deposuerunt: secundum Pro-
phetiam ipsius Isaac, quando minorem pro maiore
benedixit, hoc enī dixit & de maiori, cum & ipsum
postea benediceret. Iacob autem erat homo

LXXIII.

simplex habitans domum. Quod Græce dicitur
ἀπλως hoc Latini simplicem interpretati sunt.
Proprie autem *ἀπλως* non ficitur, vnde aliqui La-
tini interpretes, sine dolo, interpretati sunt, dicen-
tes, Erat Iacob sine dolo habitans in domo: vt ma-
gna sit questio, quomodo per dolum accepit bene-
dictionem qui erat sine dolo. Sed ad significandū ma-
gnū aliquid quod scriptura prætermisit. Hinc enī
maxime cogimur ad intelligenda illo loco spirita-
lia, quia sine dolo erat qui dolum fecit. Vnde quid
sentiremus, in sermone quodam ad populum habito
satis diximus. In eo quod scriptum est, Facta est

LXXV.

autem fames super terram præter famem quæ ante
facta est in tempore Abraham: Abijt autem Isaac ad
Abimelech regem Philistinorum in Gerara. Queritur,
hoc quando sit factum, vtum posteaquam Esau ven-
didit primogenita sua cibo lenticulæ, post illam quip-
pe narrationem hoc narrari incipit: an vt fieri solet
per recapitulationem narrator ad ea reuersus sit, cū
progressus de filijs eius ad eum locū peruenisset qui
de lenticula commemoratur. Mouet autem, quia ipse
inuenitur Abimelech qui etiam Saram concupiue-
rat. Ipsius enī paronymus & princeps militiæ, qui
ibi commemorati sunt etiam hic commemorantur,
vtum vel viuere poterint. Quādo enim factus est
amicus Abraham, nondū nat⁹ erat Isaac, sed iam pro-
missus. Ponam⁹ antequā nasceret Isaac, illud fuisse
factum. Deinde Isaac suscepit filios cū esset anno-
rum sexaginta: illi autem iuuenes erant quando ven-
didit Esau primogenita sua. Ponamus etiā ipsos cir-
ca viginti annos fuisse, sunt anni ætatis Isaac vsque
ad illud factum filiorū eius, circiter octoginta. Ado-
lescentem accipiamus fuisse Abimelech quando ma-
trem ipsius concupiuit, & Abraham⁹ amicus est factus.
Potuit ergo iam esse quasi cetenarius, si post illud fa-
ctum filiorum suorum perrexit in eam terram famis
necessitate Isaac. Non ergo ex hoc cogit vlla neces-
sitas per recapitulationem putare narratā professionē
Isaac in Gerara. Sed quia ibi diuturno tempore fuis-
se Isaac scribitur, & puteos fodisse, & de his cõtendis-
se, & ditatum fuisse pecunia, mirum nisi recapitulatio
ista commemorantur, quæ ideo fuerant prætermissa,

vt primū